sulas falsitatis organa uoces adulantium deuoueo. nullusque fo-

ueo blandiendo uitium. sed palponis nomen caui. cuius semper de-

clinaui fraudis artificium

Ergo uiuas modice. et con-
tente modico. nil est opus cini-
co si uiuis et cinicus. dicas
uale curiis. et abeas.
et nec te sic habeas. ut
applaudas uitiis. et uitio
superteris si potentum gratiis
queris et contubernius.

O-lim sudor herculis monstra late conterens.

pestes orbis auferens. claris longe titulis emicuit. sed tamen deflo-

ruit fama prius celebris cecis clausa latebris yoles illecebris

alcide captiuato. Amor fame meritum deflorat. amans tem-

pus perditum non plorat. sed temere diffluere sub uenere labo-

rat.

Ydra dampno capitum facta locupletior
omni peste seuior reddere sollicitum non potuit.
quem puella domuit. iugo cessit uenus. uir
qui maior superis celum tulit humeris ath-
lante fatigato. amor.

Cacho tristis alitus. et

flammarum uomitus. uel fuga nesso duplici non profuit. gerion

esperus · carnitorque stigius uterque forma triplici non terruit ·

que captiuum tenuit risu puella simplici ·

Iugo cessit tenero sponso qui Lernifero eorum custode diuitis pluit · frontis Acheloie cornu dedit copie · apro leone domitis emicuit · tracesque simbit et cruenti cede hospitis · Amor ·

Anthei libici luctam sustinuit · casus sophistici

fraudes cohibuit · cadere non uetuit · sed que sic explicit lucte nouissime

colos nexibus iungitur et uincitur · dum labitur magna Iouis

sobolis ad yolis amplexus · Tantis floruerat uir titulis quem blandis carcerat puella uinculis · et dum labiis osculis nectar huic labiis · ullis ue nereis propinat · uir solutus curis · in ueneris labor immemoriam gloria relinquit · Sed alcide fortior aggredior pugnam contra Venerem · ut superem hanc

fugio · in hoc enim prelio fugiendo fortius et melius pugnatur ·

sicque Venus uincitur dum fugitur fugatur · Dulces nodos Veneris et carceris blandi seras resero · de cetero ad alia dum traducor studia · o Licori ualeas et uoueas quod uoui · ab amore spiritum sollicitum remoui · Amor ·

Si hoc ortus occidente sol emergens de torrente tene